



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 128. Variorum Principum atque Illustrium fata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

Mense Martio hoc anno vel ut alii vo- Sæc. XVII.
lunt, anno sequenti, ætatis suæ quin- A. C. 1656.
quagesimo nono fati cessit.

§. CXXVIII.

*Variorum Principum atque Illustrium
fata.*

Hunc annum Principum nonnulli Chemnitz
vitæ suæ funestum atque exitialem Deutsch.
habuere: Hos inter primus erat Joan- Krieg.
nes IV. de Braganza Lusitanæ Rex, Müll. An-
qui Lusitanis contra Hispanos rebellan- nal. Sax.
tibus, delatum sibi Regnum accepta-
bat, illudque per sexdecim annos ad-
versus domesticos hostes feliciter rex-
it; tandem vero gravi morbo correptus,
Ulissipone die sexta Novembris decessit,
cui Alphonsus IV. primogenitus ejus
Filius die decima quinta Novembris
successit, qui adhuc sub tutela Matris
suæ, quæ Medinæ Sidonæ Ducis So-
ror erat, adolevit, atque ab eadem,
utpote Matriona ultra sexum magna-
nima, animum ad magna natum hæ-
reditavit. Obiit insuper Dresdæ die
decima octava Octobris Joannes Geor-
gius I. Saxonæ Elector, qui Bohemo-
rum rebellionem execratus, Cæsari
opem tulit, ab eo autem defecit, cum
Catholicam fidem restaurari cerneret;
inde vero haud aliud tulit emolumen-
tum,

Sæc. XVII. tum, nisi quod ejus ditiones a Suec
 A. C. 1656. simul & Cæsareis devastarentur: Sæc
 cessit eidem Joannes Georgius ejus
 lius primogenitus ex Magdalena Sybil
 la Brandeburgica susceptus: Item Tho
 mas Sabaudiaë Dux Taurini die vige
 ma secunda Januarii febre correpta
 fato functus est in obsidione Ticinensi.
 Mortuus quoque est ex calculo Ericus
 Oxenstirnius Suecus, vir in politico
 versatissimus, & magnæ prudentiæ
 laude insignis.

§. CXXIX.

*Diversæ Alexandri VII. Pontificis
 Constitutiones.*

*Bull. magn.
 Alex. VII.
 Const. 14.
 Et seqq.*

Præter Constitutionem adversus Jan
 senium editam Alexander VII. Pon
 tifex Maximus plures hoc adhuc anno
 Bullas promulgavit, ac præprimis
 corruptelas in urbe grassantes eradi
 caret, ac Cleri populique mores corri
 geret, ipsemet unacum quibusdam
 Cardinalibus ad id selectis Ecclesiasticis
 Monasteria, aliaque pia Romanæ Ur
 bis loca visitare constituit, utque pro
 sperum pastoralis hujus curæ successum
 sibi a Deo polliceri posset, quadraginta
 horarum orationem haberi præcepit
 ac plenariam indulgentiam elargitus
 est. Die autem decimo tertio Aprilis